

dem ab autore Lucis hujus, vel per afflictionem, angustiam, aut per-
secutionem, famem, nuditatem, pericula, gladium, vel à morte, An-
gelis, aut creatura ulla? FIAT! immò FIET; quia ita

πεπερισμῶν cum divo Paulo,

T. O. Δ.

Επιφώνημα ad inclytam

VIRTUOSORUM TRIGAM:

Titulis nec indigetis ullis, nec gaudetis; quoniam theatra Sa-
pientiae ac Virtutis estis. Liceat pulsare mihi reverenter.
Aperiat quæso limen, imò lumen exquisiti ut ingenii vestri,
sic & iudicii pateat mihi, aut per me aliis. Non provoco tot
unà expeditæ armaturæ Vexilliferos inermis optio. Imploro o-
pem, ut suppetias infirmo ferant, *Curiosi*, id est rerum in Natura
abditarum scrutatores serii, non *περὶ εὐρηγοί* ad supervacua, existitis.
Quis sim (nomine aut cognomine indignus isto scilicet, quod non
merenti, mœrenti potius, impulsu proprio, ante unum alterumq;
Annum, à Collegii illustris Præside Magnifico oblatum collatum-
que mihi fuit:) novi; nostis ipsi; Vos autem literatus Orbis univer-
sus. Pressi, propter rationes domi notas, *Phosphori* hoc
symbolon; expressi jussus à tot Nobilissimis COLLEGIS, hûc au-
daciæ, ut scriberem de *Phosphoris ac Luce*, humanissimè impul-
sus. Sub patrocinio PROTECTORIS ILLUSTRISSIMI, Vos Pa-
rastatas invoco, si fortè Theonini dentes in innoxium acuerentur.
Intereà pro veritate rei naturalis hujus illiusq; ipsi invicem expe-
riamur doctè! Prodi itaq;

MAGNE MORHOFI!

Solem igneum asseruisti & misisti. Ego Tibi speculum remit-
to. Vide ac expende, quid in speculo Sol possit. *Relatio* (ver-
ba re-